§ Quibus addo unam rationem irrefragabilem ultra iam dicta: videlicet quod textus in c. in nomine domini[4] excommunicat electum per venalitatem, ex quo habeo quod exceptio excommunicationis quae insurgit ex constitutione disponente de papali electione potest obiici contra papam, et reddit electionem nullam: ut latius infra dico, et fuit opinio innocentii,[5] ostiensis et ioannis anania in dicto capitulo licet. ergo per simoniam electus quia excommunicatus ex illa constitutione non videtur verus papa saltem in foro poli. Super quo bene cogitandum existimo. et pro nunc non decido: sed dicam in illa quaestione an papa possit accusari de simonia et deponi: ibi videbimus et vide infra ubi refero per egidii dicta et rationes eius, quae magis ampliant istam opinionem. Et si bene consideretur ille textus in c. in nomine domini[6] (qui habet decretum irritans nec reperitur correctus) principaliter est factus propter simoniam; ut patet ibi in principio „per simoniae haeresis trapezitas". v Nec obstat quod textus in dicto c. licet vult non posse opponi aliquam exceptionem electo a duabus partibus (et sic nec excommunicationis nec simoniae) nec etiam contra cardinales, ut in cle. ne romani;[7] quia illud fuit statutum sic pro evitanda discordia et schismate, quae ut plurimum propter similes exceptiones et contentiones contingebant: ut probat textus in sui principio, non autem per hoc fit quin electus remaneat excommunicatus et simoniacus: et quin debeat ex hoc posse congregari concilium ut cessent similes abusiones. v Nec obstat textus in c. agatho. 63. di.[8] ubi dabatur

[1] Clem. c. Ne Romani 2. de electione et electi potestate 1, 3.
[2] c. 1. X. 1, 6.
[3] can. 9. Dist. 79.
[4] can. 1. Dist. 23.
[5] Sinibaldus Fliscus, Kardinalpriester von S. Lorenzo in Lucina, Papst Innocenz IV. von 1243—1254. Vgl. Schulte, G. II, 91.
[6] can. 1. Dist. 23.
[7] Clem. c. 2. de elect. et electi potestate 1, 3.
[8] c. Agatho 21. Dist. 63.

certa quantitas pecuniae imperatori pro consecratione papae. quia ut ibi dicunt doctores non dabatur pro consecratione: sed tempore consecrationis quando praesentabatur electio imperatori, solvebatur antiquitus certum quid pro recognitione multorum beneficiorum receptorum ab imperatoribus: et illo tempore videbatur convenientius quam alio. sicut hodie datur romanis in coronatione pecunia pro iucunda assumptione.

§ Item facit alia ratio difficilis. in electione simoniaca papae nihil aliud est nisi venalitas voti et iustitiae in dando votum: ut probatur dicto capitulo in nomine domini. Sed istud est de prohibitis quia simoniacis: ut patet in veteri lege amos c. 2. ibi pro eo quod vendiderit pro argento iustum.[1] quod glossa exponit i. e. iustitiam. et sic ibi probibetur venditio iustitiae: quae virtualiter fit in papa cum per simoniam eligitur: cum ipse ratione papatus habeat ministrare iustitiam et sit futurus vicarius christi. Facit quod legitur de demetrio, qui constituit alchimum summum sacerdotem pro pecunia: ut patet 1. macca. 7.[2], et de bachide 1. macca. 9. et de iasone qui summum sacerdotium emit ab antiocho 2. maccabaeorum 4.[3] et quia fecit ritum gentium, ideo simonia haeresis nuncupatur quod refert frater antonius ampigollus in libro introductorio qui aurea de biblia nuncupatur, in c. de praelatis et principibus malis. Igitur ex quo papa illaqueatur huiusmodi prohibitis quia simoniacis (ut supra satis dictum est) ipse non poterit secum dispensare postquam erit receptus. Confirmatur hoc per illum textum in dicto c. in nomine domini:[4] qui cum loquatur de electione papae, loquitur per verbum haeresis simoniacae. quasi velit ostendere quod proprie et stricte ista simonia in electione papae commissa dicatur haeresis. Et sicut haeresis proprie dicta reddit papae electionem nullam (ut dicitur in c. licet de elec.[5]) sic et simonia ista: quia qui vendit votum, vendit gratiam sibi a deo datam, ergo prohibitum quia simoniacum: ut in c. gratia 1. q. 1.,[6] et emens vota a cardinalibus, virtualiter emit vicariatum christi: et sic facultatem ligandi et solvendi et sacramenta ministrandi. quod est de stricte probibitis quia simoniacis: ut iuribus supra allegatis patet. Facit textus in dicto c. sicut eunuchus 1. q. 1.[7] et quod

---

[1] Amos 2, 6.
[2] 1. Mach. 7, 9. 21.
[3] Mach. 4, 7 sqq.
[4] can. 1. Dist. 23.
[5] c. 1. X. 1, 6.
[6] can. Gratia 1. C. 1. q. 1.
[7] can. Eunuchus 29. C. 2. q. 1.

dictum est de prohibitione emptionis sacerdotii in veteri testamento. Item facit quod legitur gene. 25. c.[1] et ibi glossa nicolai de lira[2] ubi quaeritur utrum iacob qui emerat primogenituram ab hesau commiserit simoniam, ex quo primogenitura habebat annexum sacerdotium quod debebatur primogenito.[3] Et ibi tantum excusat eum quod non commiserit simoniam, quia divina voluntate sacerdotium erat destinatum iacob: iuxta illud iacob dilexi hesau autem odio habui.[4] Et ita etiam ponit beatus Thomas in secunda secundae q. 100. art. 4. ad tertium.[5] Hesau autem bene peccavit, ut ibi. Unde ibi patet quod etiam in veteri testamento erat prohibitum emere temporalia quae habebant annexum sacerdotium: prout erat primogenitura. multo magis videtur in proposito in emptione pontificatus principaliter et votorum quae creant pontificem, ex quo videtur sibi quaerere titulum papatus. Et pro hoc fortiter facit textus in c. cito turpem, in sua ratione 1. q. 1.[6] ubi ponderat quod maius crimen est simonia quam idolatria arguendo a gravitate poenae. sed idolatra si eligatur, electio est nulla: sicut dicitur de haeretico in dicto c. licet.[7] ergo et electio simoniaca est nulla.

§. Nec obstat quod ista ratio militat etiam in inferioribus electionibus in quibus vendere votum non est proprie de prohibitis quia simoniacis, et in quibus papa dispensat ut satis supra dictum est. Quia respondetur quod facultas quae super talem electionem tribuitur romano pontifici, descendit immediate a deo per traditionem clavium factam petro: ut patet matth. 16.[8] Sed in aliis inferioribus descensive a petro: et sic mediante persona petri, et consequenter papae. Clarum est autem quod plus attenditur causa immediata quam mediata: ut in l. si mulier ff. rerum amo.[9] ca. de caetero de homic.[10] et ubi causa immediata est certa, mediata non curatur 16. q. 7.[11] et hoc 28. q. 1. idolatria[12] de

[1] Genes. 25, 31 sqq. Vgl. Hebr. 12, 16.

[2] Nicolaus de Lyra (Lire in der Normandie), Minorit, Verf. der Postilla, † 1340.

[3] Vgl. S. Thomas: Summa theol. 2. 2. q. 100. art. 4. in 3.

[4] Malach. 1, 2.

[5] S. Thomas l. c. ad 3.: et ideo Esau peccavit primogenita vendens. Jacob autem non peccavit emendo. quia intellegitur suam vexationem redemisse.

[6] can. Cito turpem 16. C. 1. q. 1.

[7] c. 1. X. 1, 6.

[8] Matth. 16, 19.

[9] L. Si mulier 21 ff. de actione rerum amotarum 25, 2.

[10] c. De cetero 11. X. de homicidio 5, 12.

[11] C. 16. q. 7.

[12] can. Idolatria 5. C. 28. q. 1.

consecr. di. 4. nemo tollit.[1] 1. q. 1. ut evidenter.[2] de ver. sig. abbate in fi.[3] Item facit quod dicit textus in c. salvator 1. q. 3.[4] cum dicit simoniam committi ambitione et spe lucri: et sic per avaritiam quae est idolorum servitus. unde dicit simoniacum esse idolatram: et consequenter haereticum.

§ Item facit quod dicit petrus de palude[5] in 4. sen. di. 25. in 4. q. ubi probando quod papa illaqueatur vitio simoniae, dicit omne peccatum est deviatio ab aliqua lege, naturali vel divina vel humana recte posita. unde augustinus[6] dicit quod peccatum est dictum vel concupitum vel factum contra legem aeternam. quaecunque autem lex loquitur, iis qui sub lege sunt loquitur: ut dicitur ad ro. 3.[7] Ex quo potest sic argui. omnis homo faciens contra legem cui subiectus est peccat: sed omnis homo vendens spirituale pro temporali peccat contra legem naturalem divinam, cui omnes subiecti sunt tam papa quam alii: huiusmodi est emens votum pro adipiscendo pontificatu: ergo talis peccat et non nisi peccato simoniae in eo quod est prohibitum quia simoniacum. ideo etc. Sed ista ratio videtur generalis, et non propria in proposito ubi agitur de pontificatu: sed tamen infert quod papa involvitur peccato simoniae, sicut dicit beatus thomas[8] et dixi supra. Unde ista ratio convenit ibi in illo articulo utrum dando beneficia pro pecunia papa committat simoniam.

§ Similiter pro hoc facit quod dicit egidius in dicto c. licet,[9] et in dicto c. in nomine domini 23. di.[10] quod ille textus ponit tria substantialia per quae vult electionem esse nullam et per quae imponitur poena illius textus. alia ait esse ad bene esse. Primum quod electio fiat per cardinales. secundum quod electio fiat sine venalitate: et sic quantum ad hoc pure et syncere atque gratuiter celebretur. Et sic intelliguntur verba in narrativa illa posita, ibi „simoniacae haeresis". et in §. quapropter in prin. decreti sive canonis illius textus ibi[11] „nimirum praecaventes

---

[1] can. Nemo tollit 141. Dist. 4. de consecr.
[2] can. Ut evidenter 82. C. 1. q. 1.
[3] c. Abbate 25. X. de verborum signif. 5, 40.
[4] can. Salvator. 8. C. 1. q. 3.
[5] Vgl. oben S. 55.
[6] S. Augustinus: Contra Faustum lib. 22. c. 27.
[7] Rom. 3, 19: Scimus autem, quoniam quaecumque lex loquitur, iis, qui in lege sunt, loquitur . . .
[8] S. Thomas Aq.: Summa theol. 2 2. q. 100. a. 1. ad 7.
[9] c. 6. X. 1, 6.
[10] c. 1. Dist. 23.
[11] c. 1. §. 2. Dist. 23.

ne venalitatis morbus aliqua occasione surreperet,"[1] et in §. quod si pravorum, ibi[2] „pura syncera atque gratuita". Ita quod ille textus pro maiori parte videtur factus propter simoniam. Tertium est quod huiusmodi electio syncere et non per seditionem ministretur. et hoc manifeste demonstrant verba literae in dicta §. quod si pravorum, ibi „pura syncera atque gratuita." quia illa quae fiunt per seditionem et coactionem, non dicuntur fieri pure et syncere.

§ Et similiter facit dictus textus in § quod si quis,[3] ibi „per seditionem vel praesumptionem aut aliquod ingenium".[4] nam in qualibet coactione intervenit praesumptio, et in qualibet simonia intervenit pravum ingenium. Et hoc videtur clare probare textus in c. si quis pecunia 79. di.[5] qui textus est pars c. in nomine domini:[6] et in aliquibus addit. Nec videtur verum quod dicitur quod ille textus loquitur de electione facta per alios quam per cardinales. quod patet per illa verba „sine concordi et canonica electione cardinalium": ergo loquitur de electione facta per cardinales. Sicut nec capitulum in nomine domini: quia verba eius ostendunt contrarium, ibi „in primis cardinales episcopi diligentissimi" sint „simul de electione tractantes". et ibi „mox christi clericos cardinales adhibeant". et in dicta §. quod si pravorum,[7] ibi „cardinales episcopi cum religiosissimis[8] clericis", subaudiendo praesbyteris et diaconibus cardinalibus. Item si sic intelligeretur c. si quis pecunia,[9] illa verba „pecunia vel gratia humana" superflua essent, vel saltem deberet subaudiri maxime. quod videtur absonum: et esset restringere mentem illius textus. Nec obstat quod dicitur, quod contra electum per cardinales si habet consensum duarum partium non potest opponi aliqua exceptio, ut in dicto c. licet. quia ille textus tempore capituli in nomine domini nondum emanaverat: et quia ille textus capituli licet evacuaret ex toto capitulo in nomine domini, quod est contra voluntatem doctorum. v Et per hoc dicit egidius in dicto c. in nomine domini,[10] in versiculo secundo quaeritur, quod textus ibi debet intelligi in verbo „electus" generaliter: hoc est sive per cardinales sive per alios fuerit facta electio: sed si per cardinales, tunc si celebrata fuerit per seditionem vel impressionem vel simoniam contra decretum ibi positum, erit nulla ratione impressionis vel simoniae: sed si per alios quam per cardinales fuerit

[1] subrepat. [2] can. 1. §. 5. Dist. 23.
[3] can. 1. §. 7. Dist. 23. [4] aut quolibet ingenio electus.
[5] can. 9. Dist. 79. [6] can. 1. Dist. 23.
[7] can. 1. §. 5. Dist. 23.
[8] religiosis. [9] can. 9. Dist. 79. [10] can. 1. Dist. 23.

celebrata, tunc in omni casu erit nulla etiam si impressio et simonia cessarent. Et iste videtur verus sensus illius textus qui loquitur generaliter de electione contra decretum ibi positum, et nulliter si per impressionem vel simoniam: alias frusta totiens repetit de venalitate. Et inspiciendo principium ipsius textus venalitas et simonia dedit causam illi edicto. in dubio autem debet stari verbis edicti. ff. de exerci. l. 1. §. si is.[1] l. prospexit. ff. qui et a quibus.[2] et l. non aliter. ff. de lega. tertio.[3] v Accedit quod ex illo textu communiter elicitur quod electio facta per impressionem est nulla, nec potest assignari ratio diversitatis quare similiter non sit nulla electio facta per simoniam: maxime cum magis ille textus fundet se super simonia. et idem replicatur in c. si quis pecunia 79. di.[4] Et iura idem volunt in electionibus aliorum inferiorum 1. q. 1.[5] per totum. de simonia. cum in ecclesiis,[6] et c. matthaeus,[7] cum similibus et c. penultimum de elec.[8] et c. quisquis eodem titulo.[9]

§ Et ad glossam in dictum c. si quis pecunia,[10] respondetur quod vel est opus illam intelligere in aliis inferioribus electionibus vel illam negare secundum egidium. Sed hoc ultimum repugnat: quia dictum est quod electio per simoniam est nulla: ut patet et dictis doctorum in c. cum pridem de pac.[11] et in c. nisi de renun.[12] et in iuribus supra allegatis. et ex extravaganti martini inserta in gestis concilii constantiensis in 43. sessione.[13] In dubio autem ut dictum est melius est intelligere textum secundum proprium sensum quam trahere ad sensum subauditum per dictionem maxime l. 1. §. si is qui navem. ff. de exerci.[14] cum similibus. Item illa verba in textu c. si quis pecunia (videlicet „sine concordi et canonica electione") sunt copulative coniuncta et cum qualitate: non debent igitur divisim et sine qualitate intelligi. Facit quod dicitur in glossa in cle. dudum

---

[1] L. Utilitatem 1. §. si is qui navem 19. ff. de exercitoria actione 14, 1..
[2] L. Prospexit 12. ff. qui et a quibus manumissi liberi non fiunt 40, 9.
[3] L. Non aliter 69. ff. de legatis et fideicommissis (lib. 3.) 32, 1.
[4] can. 9. Dist. 79. [5] C. 1. q. 1.
[6] c. Cum in ecclesiae 9. X. de simonia 5, 3.
[7] c. Matthaeus 23. X. de simonia 5, 3.
[8] c. Si alicuius 59. X. de electionibns 1, 6.
[9] c. Quisquis 43. X. de electionibus 1, 6.
[10] can. 9. Dist. 79.
[11] c. Cum pridem 4. X. de pactis 1, 35.
[12] c. Nisi 10. X. de renunciat. 1, 9.
[13] 21. März 1418. Vgl. C. J. Hefele: Conciliengeschichte. VII. Bd. 1. Abt. 1869 S. 350. 339.
[14] L. 1. §. 19. ff. de exercitoria actione 14, 1.

de sepul.[1] in verbo „pacta". Item textus non loquitur simpliciter de electione facta sine cardinalibus, sed cum qualitate sine concordi et canonica electione cardinalium. non enim diceretur canonica electio quae per impressionem aut popularem tumultum vel per pecuniam fieret.

§ Et si dicatur ergo sequitur ex textu dicti. c. si quis pecunia,[2] quod si electio papae fiat ex humana gratia erit nulla. quod videtur absonum: cum et in inferioribus sit secus: ut in cap. tuam de aeta. et quali.[3] et in c. finale de simonia.[4] Respondetur quod illud verbum „humana gratia" intelligitur de gratia humana ad actum deducta per dationem et receptionem seu per promissionem vel pactionem interventu pecuniae vel rei temporalis etc. quae inducunt expressam simoniam. Et quod ita intelligi debeat patet, quia cum iste textus sit extractus ex corpore c. in nomine domini,[5] illa verba „humana gratia" videntur addita per gratianum secundum egidium in dicto c. si quis pecunia in 3. et 5. columna. quia non sunt in c. in nomine domini. Et sic videtur egidius velle quod electio facta a cardinalibus per simoniam sit nulla. quod et latius pono infra referendo dicta eius quae posuit in c. licet de electione. Et opinionem eius videtur clare probare textus in §. patet 3. q. 1.[6] qui allegat illum textum in dicto c. si quis pecunia. v Sed tu dic quod communiter tenetur contrarium: quod electio papae quantumcunque a cardinalibus per simoniam facta, non est ipso iure nulla, et quod talis sic simoniace electus est habendus pro papa ab universali ecclesia. Et hoc etiam tenendo alexander in dicta c. si quis pecuniam, respondet ad illum textum quod procedit quando est facta electio sine concordia quia non intervenerunt duae partes cardinalium, sumendo argumentum a contrario sensu illius literae: vel quod ibi loquitur in nuda inthronizatione sine aliqua electione. de quo ibi plenius per eum. Sed ille textus in dicta §. patet ostendit directe contrarium, in versiculo vel qui per simoniam irrepserunt non sunt habendi inter episcopos. Adde quae dico infra in quaestione utrum papa possit accusari de apostasia.[7] ubi omnino vide, maxime in versiculo „sed hic consequenter".[8] ubi ponitur de intellectu istius textus. Et vide archidiaconum 1. 2. di. c. 1.[9] v Et si dicatur in casu quo per simoniam

[1] Clem. c. 2. Dudum, de sepult. 3, 7. [2] can. 9. Dist. 79.
[3] c. Tuam 10. X. de aetate et qual. 1, 14.
[4] c. Mandato 46. X. de simonia 5, 3.
[5] can. 1. Dist. 23. [6] can. 6. §. 3. C. q. 1.
[7] Jacobatius, lib. 8. art. 8. fol. 538 sqq.
[8] Jacobatius, lib. 8. art. 9. fol. 540.
[9] can. Non decet 1. Dist. 12.

est electus, ad quid proderit congregare concilium si ex causa simoniae papa non potest deponi? Respondetur, quod saltem ut habentes eligere puniantur, et ne in posterum attentent similem simoniacam electionem facere, et ut papa de commissis poeniteat.

§ Egidius bellamera in c. licet examinat istum passum utrum electio simoniace facta de papa sit nulla et possit contra eum excipi quod sit per simoniam electus: qui prolixe more suo illud capitulum legit per. 35. chartas et in diversis locis de hoc facit mentionem. v Ex dictis eius elicio quod aut quaerimus de lloi qui est electus a duabus partibus cardinalium ius eligendi habentium et receptus ab eis libere quae libera receptio durat et de his patenter constat. et tunc non potest opponi non solum exceptio quod per simoniam sit electus sed nec haeresis vel alterius criminis vel defectus eligentium vel electi, tum per textum illum qui prohibet aliquam exceptionem posse opponi: tum quia receptio et libera obedientia cardinalium habet vim confirmationis. Addo et aliam rationem per eum tactam. quia ideo ius vult haberi pro pontifice etiam illum qui in rei veritate non esset verus pontifex quia non posset haberi recursus ad superiorem: quia ex defectu superioris si aliud diceretur, sequerentur schismata atque scandala, quibus obviari debet in universali ecclesia maxime. Non tamen intelligitur quod si talis sic electus et receptus sit haereticus pertinax, non sit haereticus: nec per hoc efficitur quod sit verus papa. Unde licet non possit excipi contra eum de haeresi vel alio crimine, non negant ibi doctores quia possit accusari: ut ipse dicit. Et hoc casu quando debet accusari, cessat illa ratio textus quia non habet superiorem: licet enim non sit superior, posset peti congregari concilium, ut supra saepius dictum est. Et ratio huius quare tunc non potest opponi exceptio contra electum, est quia iura habent eum pro vero quamdiu est in possessione sic a duabus partibus electus et receptus: nec per hoc efficitur verus papa, sed iura habent pro vero ex causa. Facit quod dicitur in l. barbarius ff. de officio praeto.[1] et in c. ad probandum de re iudi.[2] Sic videmus in simili in l. penultima ff. de iusti. et iure.[3] et in l. ingenuum ff. de statu hominum.[4] et de iis qui sunt sui vel alie. iur. l. filium diffinimus.[5] et quandoque

[1] L. Barbarius Philippus 3. ff. de officio praetorum 1, 14.
[2] c. Ad probandum 24. X. de sent. et re iudicata 2, 27.
[3] L. Jus pluribus 11. ff. de iustitia et iure 1, 1.
[4] L. Ingenuum 25. ff. de statu hominum 1, 5.
[5] L. Filium cum definimus 6. ff. de his qui sui vel alieni iuris sunt 1, 6.

non admittitur probatio in contrarium: ut in c. is qui de spon.[1] cum concordantibus.

§ Ant loquimur in electo a duabus partibus nondum recepto. Et in hoc recitat opiniones. Prima est quod possit opponi argumento 1. q. 1. ordinationes.[2] et 1. q. 3. ea quae.[3] et 23. di. in nomine domini.[4] et 79. di. si quis pecunia.[5] et c. ubi periculum §. caeterum de elec. in 6.[6] et quod ponit innocentius in c. quod sicut in glossa et sic contempti, in versiculo in alio autem casu de elec.[7] Et in hac opinione fuit innocentius in dicto c. licet[8] in glossa additionali ad finem, in versiculo item si quid corrupti. et ostiensis et ioannes anania in novella ibidem. Sed ego non habeo istam additionem ad innocentium in codicibus quos habeo. nec reperio quod hoc sentiat ostiensis nec ioannes anania. sed bene dicunt quod possit accusari sed non excipi. Et receptio in electo a duabus partibus modicum operatur: quia statim post electionem concordem a duabus partibus, potest administrare: ut in dicto c. in nomine domini 23. di. secundum innocentium. ostiensem et alios in dicto c. licet.[9] De quo vide quae dixi supra in articulo ad quem pertinet congregare concilium, in secundo membro distinctionis, in versiculo sed quid si papa.[10] Et ad glossam in c. 1.[11] et c. si quis pecunia 79. di.[12] respondent istam tenentes quod salvatur in simonia per eligentes vel electum commissa extra talem electionem. Ad quod adducunt dictum capitulum in nomine domini, versiculo quod si pravorum. et c. si quis pecunia, exponendo ibi „humana gratia" pro simonia commissa aliter quam per pecuniam: ut in c. finali de simonia.[13]

§ Alia et secunda opinio penitus contraria est, quod non possit opponi exceptio simoniae. Cuius opinionis fuit ioannes 79. di. c. 1.[14] et c. si duo.[15] et c. si quis pecunia.[16] Et ibi glossa ioannis intelligit illa iura in simonia in ipsa electione commissa. Faciunt quae dixi supra in praeallegato articulo quis habeat

---

[1] c. Is qui 30. X. de sponsal. 4, 1.
[2] can. Ordinationes 113. C. 1. q. 1. [3] can. Ea quae 5. C. 1. q. 3.
[4] can. In nomine domini 1. Dist. 23.
[5] can. Si quis pecunia 9. Dist. 79.
[6] c. Ubi periculum 3. §. ceterum, de electione in VI. 1, 6.
[7] c. Quod. sicut 28. X. de electione 1, 6.
[8] c. 6. X. 1, 6. [9] c. Licet de vitanda 6. X. de elect. 1, 6.
[10] Jacobatius, Lib. 3. art. 1. fol. 148.
[11] can. In nomine Domini 1. Dist. 23. [12] can. 9. Dist. 79.
[13] c. Mandato 46. X. de simonia 5, 3.
[14] can. Si quis apostolicae. 1. Dist. 76.
[15] can. Si duo forte 8. Dist. 79.
[16] can. Si quis pecunia 9. Dist. 79.

congregare concilium, in versiculo sed pone quod inter duos.[1] Et hanc ultimam opinionem ipse fundat. Nam quidam sunt defectus intrinseci: utputa illi qui ab intra directe et de per se inficiunt naturalia electionis principia. ut defectus potestatis in eligentibus: quia facta per non cardinales, vel in possessione cardinalatus non existentes. Vel defectus numeri minoris quam a duabus partibus. vel defectus rei: ut quia facta ad ecclesiam non vacantem. vel defectus personae electae: ut quia haereticus, iudaeus vel paganus: vel quia dicitur renunciasse iuri suo, iuxta notata in c. 1. de renun. in 6.[2] vel defectus formae electionis: ut quia dicitur non intervenisse consensum eligentium, argumento l. obligationum substantia. ff. de act. et obl. in fine[3] de verb. sig. intelligentia,[4] et c. in iis.[5] vel defectus libertatis in consensu et similibus. Et de his dicit posse excipi contra papalem electionem, dummodo constet de illis notorie. Et ratio secundum eum est, quia ista reddunt electionem nullam: ut ponit innocentius in dicto c. quod sicut,[6] in glossa „et sic contempti". Et ratio rationis est, quia defectus principiorum naturalium super quibus fundatur essentia rei ipsam essentiam tollit. ff. ad exhibendum. l. iulianus §. sed et si quis.[7] argumen. 1. q. 1. cum paulus.[8] et de presby. non bap. veniens.[9] v Alii sunt defectus extrinseci: utputa illi qui naturalibus principiis electionis de directo et de per se non obviant, nec illa directe et de per se inficiunt, sed ab extra veniunt per constitutiones positivas: sicut excommunicatio vel suspensio in eligentibus, aut defectus ordinis vel aetatis in electo, aut defectus solennitatis in forma concilii generalis. c. quia propter eodem titulo.[10] Et tales electum a duabus partibus non repellunt. Et est ratio diversitatis, quia naturalia difficilius immutantur: ut in §. sed naturalia insti. de iure naturali.[11] et quod ponit innocentius in c. quae in ecclesiarum de consti.[12] et in c. quia plerique de immuni. eccle.[13] Unde licet ius positivum

---

[1] Jacobatius, lib. 3. art. 1. fol. 156.
[2] c. 1. de renunciatione in VI. 1, 7.
[3] L. Obligationum substantia 3. ff. de actionibus et oblig. 44, 76.
[4] c. Intelligentia 6. X. de verborum signif. 5, 40.
[5] can. In iis rebus 7. Dist. 11.
[6] can. Quod sicut 28. X. de elect. 1, 6.
[7] 1. L. Julianus 9. §. si quis 3. ff. ad exhibendum 10, 4.
[8] can. Cum Paulus 26. C. 1. q. 1.
[9] c. Veniens 3. X. de presbytero non baptizato 3, 43.
[10] c. Quia propter 42. X. de elect. 1, 6.
[11] §. 11. Sed naturalia. Instit. de iure naturali 1, 2.
[12] c. Quae in ecclesiarum 7. X. de constitutionibus 1, 2.
[13] c. Quia plerique 8. X. de immunitate eccles. 3, 49.

c. licet[1] tollat defectus extrinsecos, et respectu illorum papalem electionem separet ab aliis electionibus specialiter statuendo, tamen defectus intrinsecos non tollit sed sustinet: quia in naturalibus electionum principiis ista cum aliis electionibus participat, nec receditur ab antiquis iuribus nisi inquantum reperitur expressum. Modo vitium simoniae in papali electione commissum non est defectus intrinsecus sed extrinsecus. nam licet notet et aggravet personas simoniam committentes, tamen principiis naturalibus electionis directe et de per se non obviat, nec illa directe et de per se inficit. Nam licet simonia aliqualiter captivet affectum (intantum quod aliquid de libertate animi videtur tollere: ut in dicto c. ubi periculum §. caeterum in 6. de elec.[2]) tamen de per se et directe non obviat consensui naturali: cum eius corruptio ab illo immediate procedat: et tamen eadem causa contrariorum naturaliter esse non potest: ff. de solu. l. qui hominem in fine.[3] Licet secus sit in metu: quia metus etsi ab extra causatur, ab intra consensum generat: et sic naturalibus electionis principiis directe contrariatur. Vel quo ad metum ratio est, quia metus spiritui sancto (qui concomitari et dirigere debet eligentium mentes) adversatur: ideo iura volunt quod inficiat ipso iure. Sed licet hoc in metu ordinaverint (ut in dicta §. caeterum.[4] pro quo vide abbatem siculum[5] in c. abbas de iis quae vi,[6] et dicto c. licet:[7] et quod infra late disputo) tamen quo ad papalem electionem de simonia hoc non ordinarunt: immo contrarium, statuendo nullam exceptionem admitti. Adde in proposito quae late pono in illo principali articulo ad quem spectet congregatio concilii, in quaestione quando sunt duo contendentes de papatu discordes, in illa quaestione quid quando papa est electus a duabus partibus utrum possit excipi contra eum de haeresi.[8] et quod infra latius dico in secunda proxima quaestione quando obiicitur contra papam aliquis defectus per quem dicitur quod non sit verus papa.[9]

§ Sed pro alia parte (quod simonia inficiat ipso iure papalem electionem in electo a duabus partibus nondum recepto, et quod possit de illa excipi) arguit egidius primo quia imo vitium simoniae

[1] c. Licet 1. X. de electionibus 1, 6.
[2] c. Ubi periculum 3. in VI. de elect. 1, 6.
[3] L. Qui hominem 34. ff. de solutionibus et liberat. 46, 3.
[4] Nicolaus de Tudeschis, s. oben S. 70 Anm. 4.
[5] c. Ubi periculum 3. in VI. de elect. 1, 6.
[6] c. Abbas 2. X. de his quae vi metusve 1, 40.
[7] c. Licet 1. X. de elect. 1, 6.
[8] Jacobatius, lib. 3. art. 1. fol. 148 col. 1.
[9] Jacobatius, lib. 4. art. 4. fol. 240 col. 1.

est defectus intrinsecus, mentem eligentium ab intra vulnerans atque inficiens: quia qui pro aliquo explendo pecuniam vel promissionem recipit, animum suum ab intra ligat: ut in § caeterum,[1] et voluit innocentius in dicto c. quod sicut de elec.[2] v Secundo quia rationes tactae de metu (de quibus infra[3] dico) vendicant sibi locum in simonia: et quia similiter iura de simonia sicut de metu quo ad annullandas electiones inferiores statuerunt: et aeque obviat simonia spiritui sancto et naturalibus principiis electionis. et aeque ab intra animos eligentium captivat simonia ac metus: quia neutrum tollit libertatem arbitrii, sed utrumque ligat et captivat: metus ex intentione vitandi periculum, simonia ex intentione consequendi lucrum. Et in metu electio papalis est nulla: ut latius istum passum infra[4] subiicio. ergo similiter videtur dicendum de simonia. v Tertio quia iura de metu et simonia in ista materia electionis papae uniformiter loquuntur cum inhibitione et decreto: videlicet c. in nomine domini 23. di.[5] et c. si quis pecunia 79. di.[6] Nec obstat quod decretum ibi positum solum respiciat defectum quod electio ipsa non fuisset celebrata a cardinalibus, ut voluit glossa 79. di. c. 1.[7] et c. si duo.[8] et c. si quis pecunia;[9] quia imo respicit et simoniam et impressionem: alioquin impertinenter illa iura de simonia et impressione contexuissent tantum phylacterium. Item hoc esset contra intentionem nicolai papae ibi: qui propter seditionem et venalitatem quae in intrusione facta per cardinales immediate ante eum intervenerant, motus fuit ad concedendum illos textus: ut apparet ibi ex ordine literae, et ex chronicis illius temporis. Et provisio illorum iurium esset infructuosa, et contra communem intellectum qui colligitur, quod electio facta de papa per impressionem sit nulla. Unde dicit esse casum expressum in dicto c. in nomine domini §. quod si quis contra, quod electio papae facta per simoniam sit nulla: quia clausula decreti ibi posita debet referri ad verba dispositiva et principaliter intenta. Modo attendendum est quod ibi duo principaliter disponuntur. primum est, quod electio fiat per cardinales: secundum est, quod fiat absque morbo venalitatis pura syncera et gratuita. igitur aliter facta

[1] c. Ubi periculum 3. in VI. de elect. 1, 6.
[2] c. quod sicut 28. X. de elect. 1, 6.
[3] Jacobatius, lib. 4. art. 4. fol. 244 col. 2. sqq.
[4] Jacobatius, lib. 4. art. 4. fol. 245 col. 2. sqq.
[5] can. In nomine domini 1. Dist. 23.
[6] can. Si quis pecunia 9. Dist. 79.
[7] can. Si quis apostolicae 1. Dist. 79.
[8] can. Si duo forte 8. Dist. 79. [9] can. Si quis pecunia 9. Dist. 79.

quam per cardinales, et non pure simpliciter et absque venalitate, sed cum morbo venalitatis, est ipso iure nulla. v Et si dicatur quod etiam dicta §. si quis contra, non solum vitiat papalem electionem per venalitatem sed etiam per gratiam hominum: et sic quod simonia non pactionalis redderet electionem papae nullam, contra notata in c. finali de simonia.[1] Respondet egidius quod illud debet intelligi secundum lecta et notata in dicto c finali ut iura cum iuribus concordent, et unum capitulum declaretur per aliud: ut in c. cum expediat de elect. in 6.[2] v Quarto per textum dicti c. licet,[3] qui non determinat aliquid de communibus defectibus alias electiones ipso iure inficientibus nec statuit illos defectus non obstare electioni papali. salvo defectu capituli quia propter,[4] quem expresse tollit. Nec obstat quod ibi dicitur in dicto c. licet, contra electum a duabus partibus nullam exceptionem admitti. quia intelligitur de exceptionibus quae personae electi indignitatem respiciunt. et ideo de respicientibus eligentes necesse fuit facere novam provisionem in cle. ne romani §. penultima de elec.[5] Nec potest textus intelligi indifferenter de quacunque exceptione. Quod probatur cum enim exceptio sit actionis exclusio (ff. de excep. l. 2.)[6] supponit actionem et actionis propositionem iudicialem: quia aliter non potest fieri eius exclusio. modo supposita actione seu iure formato electi, cessat omnis exceptio: quia secundum hoc esset verus papa, qui a nemine iudicari posset. Unde sive sit papa sive non, non potest intervenire iudiciale certamen: quia non est superior: ut dicitur ibi textu in fine dicti c. licet. Ergo si proprie debet capi exceptio, oportet intelligi relative ad exceptiones quae concernunt indignitatem personae electi: alioquin non posset proprie dici exceptio, quia deficeret actio. v Quinto quia intelligere quod possit obiici exceptio simoniae, non derogat aliis iuribus quae volunt contra electos posse opponi multiplices defectus etiam alios quam personae et formae, inficientes ipso iure: ut metum et similes.

§ Et ex his concludit bellamera, posse obiici de simonia contra papam electum etiam a duabus partibus antequam sit receptus, et electionem papalem per simoniam factam esse nullam. Et idem ponit in quodam suo tractatu, et idem in c. in nomine domini 23. di.[7] Et cum eo videtur transire alexander in dicto

[1] c. Mandato 46. X. de simonia 5, 3.
[2] c. Cum expediat 29. de elect. in VI. 1, 6.
[3] c. Licet de vitanda 6. X. de electionibus 1, 6.
[4] c. Quia propter 42. X. de elect. 1, 6.
[5] Clem. c. Ne Romani 2. de elect. 1, 3.
[6] L. Exceptio 2. ff. de exceptionibus, praescript. et praeiud. 44, 1.
[7] can. 1. Dist. 23.

c. in nomine domini. Et idem sensit ipse egidius in cle. ne romani de elec.[1] et ubique fuit eius opinio. Ex quibus elicitur quod simonia commissa in electione pontificis est sufficiens causa congregandi concilium. Intelligo tamen egidium quando notorie constat de simonia, vel de facto vel alias per probationes in iudicio factas: et licet sit electus non tamen est adhuc receptus in papam de facto, quando opponitur exceptio. Alioquin si esset dubium de simonia, tunc deberet admitti ad regimen et administrationem papatus: quia si hoc fit in haeretico (ut ponit calde.[2] in dicto c. licet) multo magis in simoniaco. Et quod dicit quando non est receptus, intelligo de facto: quia receptio in papa non est necessaria, ut vult innocentius et ostiensis et alii in dicto c. licet. quia simulatque est electus, potest propria authoritate administrare: ut dicto capitulo in nomine domini.

§ Conclusionem autem egidii (quod electio facta de papa per simoniam sit nulla) pro nunc non affirmo:[3] ut patet in praecedentibus. maxime quando simonia non fuisset commissa cum tot ex cardinalibus quin remansissent duae partes sine corruptione. quod ultimum concludit innocentius et refert egidius 13. charta. v Et contrarium quod electio quantumcunque simoniaca a cardinalibus facta (si alias rite facta sit) valeat nec possit cassari nec tolli quin sit verus papa quantumcumque criminosus et irregularis esset electus, etiam ponit archipiescopus florentinus[4] in 2. parte summae tit. 3. de superbia c. XI. versiculo sed quid cum duo. Quaestionem autem alibi vide infra in illo articulo an de simonia possit papa accusari[5] et deponi.[6] v Hodie tamen est bulla aedita per iulium papam secundum contra aspirantes ad papatum simoniace. Quae imponit gravissimas poenas: et vult quod electio sit nulla, et quod cardinales possint indicere concilium. Cuius tenor sequitur et est talis. (Hierauf folgt die Bulle fol. 237.)

10. Durch die bisher angeführten Zeugnisse ist erwiesen, dafs im Zeitalter Savonarolas die Frage nach der Gültigkeit einer simonistischen Papstwahl unter den Kanonisten zwar kontrovers war, dafs jedoch die Ansicht, welche an der Ungültigkeit festhielt, sehr angesehene Autoritäten für

---

[1] Clem. c. 2. de elect. 1, 3.

[2] Joannes Calderino, Schüler des Joannes Andreae, † 1365. Vgl. Schulte G. II, 247.

[3] Vgl. Jacobatius, lib. 8. a. 8. §. Nec obstat. fol. 539 col. 1.

[4] S. Antoninus. Vgl. oben S. 60 ff.

[5] Jacobatius, lib. 8. art. 2. fol. 521 col. 1.

[6] Jacobatius, lib. 9. art. 12. fol. 463 col. 1.

sich hatte, so dafs Savonarola sehr wohl berechtigt war, ihr zu folgen. Die juristische Kontroverse wurde erst durch die Bulle Julius' II. zu Gunsten der Ungültigkeit entschieden. Es ist daher mindestens eine sehr naive Behauptung, wenn Pastor sagt: „Man braucht mithin gar keine canonistischen Studien gemacht zu haben, um einzusehen, dafs vor dem Erlafs Julius' II. ein canonistisches Gesetz, welches eine simonistische Papstwahl für ungiltig erklärte, nicht in Kraft war. Die simonistische Wahl Alexanders VI. im Jahre 1492 war mithin zweifellos gültig."[1] Er beruft sich dafür auf Michaels Worte: „Die Bestimmungen Nikolaus' II., welche hier einzig in Betracht kommen können (c. 1. dist. XXIII.; c. 1 und 9 dist. LXXIX), beziehen sich nur auf solche Fälle, wo unter dem Druck äufserer Gewalt überhaupt gar keine Wahl stattfindet. Wer auf diese Weise den päpstlichen Stuhl besteigt, soll nicht als Apostolicus, sondern als Apostaticus gelten."[2] Grauert[3] hat bereits hierauf geantwortet. Ich könnte mich daher begnügen, auf seine Begründung zu verweisen. Allein ich will dennoch auf die Gründe, welche Michael gegen die Antwort Grauerts repliciert,[4] kurz eingehen, um keinen Zweifel entstehen zu lassen.

Can. In nomine 1. Dist. 23[5] ist das von Nikolaus II. auf dem Laterankonzil vom Jahre 1059 erlassene Dekret über die Papstwahl, welche darin den Kardinälen übertragen wird. Als auctor, persuasor subscriptorque dieses Gesetzes wurde der Kardinal Hildebrand (Gregor VII.) angesehen.[6] Der hier in Betracht kommende § 5 lautet bei Gratian:[7] „Quid si pravorum atque iniquorum hominum ita perversitas invaluerit, ut pura, sincera atque gratuita fieri in Urbe non possit electio, cardinales episcopi cum religiosis clericis catholicisque laicis, licet paucis, ius potestatis obtineant, eligere apostolicae sedis Pontificem, ubi congruere viderint."[8]

---

[1] Pastor: Zur Beurteilung Savonarolas. S. 15.

[2] Pastor a. a. O. S. 15. Anm. — Michael, Zeitschrift für kathol. Theologie. Innsbruck 1896. S. 705.

[3] Grauert: Savonarola V. in der Wiss. Beilage zur Germania 1897/98 Nr. 39. S. 306 f.

[4] Emil Michael S. J.: Nikolaus II. und die simonistische Papstwahl. Zeitschrift für kath. Theologie. 1898. S. 761—765.

[5] Vgl. Georg Phillips: Kirchenrecht. 5. Bd. Regensburg 1857. §. 257. S. 791—810.

[6] Phillips, a. a. O. S. 801. Anm. 21.

[7] Decretum Gratiani, ed. Richter, Lipsiae 1839 p. 68 sq.

[8] Die Abweichungen, welche der Codex Vatic. hat, betreffen nicht die Eigenschaften der Wahl (pura, sincera atque gratuita). Vgl. Georg Phillips, a. a. O. S. 798, der für die Echtheit der gratianeischen

Michael behauptet: 1) Das Dekret sage nicht ausdrücklich, dafs die durch Bestechung der Wähler geschehene Papstwahl eo ipso ungültig sei. — Allein Nikolaus gibt genau den Zweck seines Dekrets an: in erster Linie sollen die Kardinalbischöfe praecavieren, „ne venalitatis morbus (die Umschreibung für Simonie) aliqua occasione subrepat". Verhinderung der simonistischen Wahl ist der ausdrückliche Zweck des Gesetzes, der als solcher durch die im Eingang des Dekrets ausdrücklich mitgeteilte Veranlassung bestätigt wird: denn Nikolaus will den Übeln vorbeugen, welche aus einer simonistischen Wahl, wie sie 1058 „per simoniacae haeresis trapezitas" bei der Wahl Benedikts X. eingetreten waren. Deshalb soll die Wahl eine pura, sincera atque gratuita electio sein. Es folgt die weitere Bestimmung § 7, welche die Vorschriften des ganzen Dekrets über die Qualität der Wahl sanktioniert: „Quod si quis contra hoc nostrum decretum synodali sententia promulgatum per seditionem, vel praesumtionem, aut quolibet ingenio (also z. B. ingenio non gratuito) electus, aut etiam ordinatus seu inthronizatus fuerit, auctoritate divina et sanctorum apostolorum Petri et Pauli, perpetuo anathemate cum suis auctoribus, fautoribus et sequacibus a liminibus sanctae Dei ecclesiae separatus abiiciatur sicut antichristus, invasor et destructor totius Christianitatis; nec aliqua super hoc ei audientia reservetur: sed ab omni ecclesiactico gradu, in quocunque fuerat prius, sine retractione deponatur: cui quisquis adhaeserit, vel qualemcunque tamquam Pontifici reverentiam exhibuerit, aut in aliquo eum defendere praesumserit, pari sententia sit mancipatus." Ausdrücklicher kann doch die Ungültigkeit der gegen das Verbot vollzogenen Wahl nicht ausgesprochen werden, als es durch dieses Anathem geschieht. Zwar hielt schon der Kardinal Deusdedit (1086) das Anathem für unecht. Allein seine Meinung wird durch das Zeugnis des Bonizo und des hl. Petrus Damiani widerlegt.[2] Der Bischof Bonizo von Sutri, der i. J. 1089 von den Schismatikern ermordet wurde, ist ein durchaus glaubwürdiger Zeuge, der durch sein Verhältnis zu Gregor VII., dem auctor und persuasor dieser Dekretale Nikolaus' II., in der Lage war, ihren Inhalt genau zu

---

Fassung der Urkunde eintritt (S. 804) H. Grauert, Histor. Jahrbuch der Görres-Gesellschaft 1880. Bd. I. S. 590. Zur Textkritik vgl. noch die Schrift Dialogus de Pontificatu Sanctae Romanae Eccesiae (Monumenta Germaniae historica. Libelli de Lite Imperatorum et Pontificum Saeculis XI. et XII. conscripti. Tom. III. Hannoverae 1897. p. 528 sqq.).

[2] Vgl. Phillips, a. a. O. S. 805.

kennen. Dieselbe Glaubwürdigkeit verdient auch Damiani. Dafs aber das Wahldekret am Schlusse noch ein zweites Anathem enthält, kann durchaus nicht befremden: dasselbe ist nur die allgemeine Formel, während das erstere ausdrücklich die Sache selbst bezeichnet und wegen der Wichtigkeit derselben am Platze war.

2) Nikolaus konnte an sich die Absicht gehabt haben, jede Simonie bei der Papstwahl auszuschliefsen, ohne letztere für ungültig erklären zu wollen: quia finis non cadit sub lege. — Allein erstlich konnte er diese Absicht nicht gehabt haben, ohne zugleich die simonistische Papstwahl für ungültig erklären zu wollen. Denn eine solche Wahl steht ihrer Natur nach in offenem Widerspruch zu dem ius divinum. Ein solcher innerer Widerspruch führt aber die Nullität von selbst herbei, wie der Rechtsgrundsatz besagt: nullitas censetur, ubi est repugnantia.[1] Das ius divinum kann aber auch der Papst nicht ändern. Zweitens ist hier die Gültigkeit der Wahl id, de quo praeceptum datur, und darauf richtet sich die Absicht des Gesetzgebers.[2]

3) Bei der enormen Wichtigkeit des Gegenstandes würde Nikolaus seine Absicht, nämlich die simonistische Wahl für null und nichtig zu erklären, bestimmt und unzweideutig ausgedrückt haben. — Allein das hat er unserer Ansicht nach zur Genüge gethan.

4) Er hatte diese Absicht ganz gewifs nicht.

a) Die Kardinäle sollen wählen, ne venalitatis morbus aliqua occasione subrepat. Es würde aber der Widersinn sich ergeben: eine durch bestochene Kardinäle vollzogene Papstwahl ist ungültig; damit keine Bestechung geschehe, soll künftig die Papstwahl in erster Linie durch Kardinäle geschehen. Der Ausdruck venalitas mufs daher eine andere Bestechung bedeuten. — Allein dieser Widersinn liegt nicht in dem Dekret, sondern ist künstlich hineingetragen. Der Sinn des Dekrets könnte nur dieser sein: eine durch bestochene Wähler vollzogene Papstwahl ist überhaupt ungültig; damit keine Bestechung geschehe, soll künftig die Papstwahl in erster Linie durch Kardinäle geschehen, die nicht so leicht bestechlich sind wie die früheren Wähler. Was aber der Ausdruck venalitas für eine andere Bestechung bedeuten soll, ist ganz unerfindlich; auf jeden Fall bedeutet er eine simonistische Handlung, die bekanntlich ein munus a manu,

[1] Vgl. Petrus de Ancharano († 1416) in c. Canonum statuta l. X. de constitut. 1, 2. (Repetitionum etc. l. c. T. II. fol. 124. n. 275.)
[2] Vgl. S. Thomas: Summa theol. 1. 2. q. 100. a. 9 ad 2.

a prece, ab obsequio sein kann. Nur in dieser Bedeutung kommt das Wort in der Rechtssprache vor und zwar gerade in jener Zeit.[1]

b) In der Annahme, dafs die simonistische Papstwahl annulliert wird, sei der Gedankengang dieser: Wenn eine gratuita electio in Rom nicht stattfinden kann, weil sich die Wähler, d. h. die Kardinäle, bestechen lassen, so sollen dieselben Kardinäle die Wahl anderswo halten. — Allein diesen Gedankengang geht nicht Nikolaus II., sondern nur P. Michael. Nikolaus, wenn wir seinen Worten Glauben schenken, denkt vielmehr so: Wenn einmal eine gratuita electio in Rom nicht stattfinden kann, weil sich die wählenden Kardinäle bestechen lassen würden, so sollen die unbestechlichen Kardinäle nebst den weiter genannten Personen an einem anderen Orte die Wahl vornehmen dürfen. Hiernach sind die von Michael vorgebrachten Gründe alle entkräftet.

Can. 9. Dist. 79 ist das Dekret, welches Nikolaus II. von demselben Jahre 1059 auf demselben Konzil erliefs. Man hielt es für einen durch neue Zusätze erweiterten Auszug Gratians aus can. 1. Dist. 23. Allein nach den Konzilsakten erscheint es als eine neue selbständige Konstitution, deren Eingang Gratian nicht mitteilt. Die Eingangsworte lauten so: „Erga simoniacos nullam misericordiam in dignitate servanda habendam esse decernimus: sed iuxta canonum sanctiones, et decreta sanctorum patrum, eos omnino damnamus, et deponendos esse apostolica auctoritate sancimus.“ Es betrifft also zunächst die simonistische Konsekration. Wegen der Menge dieser Fälle sei jedoch eine Dispens nötig, welche aber nicht als Regel für die Zukunft gelten dürfe.[2] Darauf fährt der Papst fort, indem er offenbar wegen

---

[1] H. E. Dirksen: Manuale Latinitatis Fontium Juris Civilis Romanorum. Berolini 1837. p. 987: Venalitas. Avaritia, Studium lucri et corruptelae. . . . Pretii venalitate mercari (gradum sacerdotii) c. 21. de episc. et cler. 1, 3. Cf. nov. 35. c. 1. — Du Cange: Glossarium Mediae et Infimae Latinitatis. Ed. Henschel. Tom. VI. Parisiis 1846 p. 758: 1. Venalitas. Venditio, nundinatio, a Gall. Venalité. Bulla Martini I. PP. inter Libert. Monast. S. Amandi: Et qui electus fuerit (abbas) sine dolo vel Venalitate aliqua ordinetur. Charta Henrici I. Fr. Reg. ann. 1052 apud Stephanot. in Antiquit. Bened. MSS. Claramont. pag. 345: Absque omni venalitate et munere instituatur. 2. Venalitas. Mercatura, negotiatio, Gall. Commerce. — E. Brinckmeier: Glossarium diplomaticum. II. Bd. Hamburg u. Gotha 1855 p. 671: Venalitas, Handel, Verkauf, Act. SS. Sept. IV. 42.

[2] Joannes Dominicus Mansi: Sacrorum Conciliorum nova, et amplissima collectio. Tom. XIX. Venetiis 1714 p. 899 B. Vgl. die abweichenden Lesarten bei Friedberg, Corpus Juris Canonici. Pars prior. Lipsiae 1879.

der Wichtigkeit der Sache noch eine besondere Bestimmung über die simonistische Papstwahl hinzufügt, welche in dem früheren Dekret nicht ausdrücklich enthalten war: „Nihilominus auctoritate apostolica decernimus, quod in aliis conventibus nostris decernimus: Ut si quis pecunia[1] . . . nun folgt der can. 9. dist. 79 bei Gratian. Nikolaus sagt ausdrücklich, dafs er die in den früheren Sitzungen erlassene Bestimmung wiederholt, fügt ihr aber noch etwas hinzu: der Zusatz ist also der eigentliche Zweck der wiederholten Einschärfung. Derselbe lautet bei Gratian: „Si quis pecunia vel gratia humana, vel populari seu militari tumultu, sine concordi et canonica electione ac benedictione cardinalium episcoporum, ac deinde sequentium ordinum religiosorum clericorum fuerit apostolicae sedi inthronizatus, non Apostolicus, sed apostaticus habeatur, liceatque cardinalibus episcopis cum religiosis et Deum timentibus clericis et laicis invasorem etiam cum anathemate et humano auxilio et studio a sede apostolica repellere, et quem dignum iudicaverint praeponere. Quodsi hoc intra Urbem perficere nequiverint, nostra auctoritate apostolica congregati, in loco, qui eis placuerit, eligant quem digniorem et utiliorem apostolicae sedi perspexerint, concessa ei auctoritate regendi et disponendi res et utilitatem sanctae Romanae ecclesiae, secundum quod ei melius videbitur, iuxta qualitatem temporis, quasi iam omnino inthronizatus sit.“

Michael meint, in diesem Dekret denkt der Papst nicht daran, dafs sich die Kardinäle bei der Wahl bestechen lassen; er denkt nur an „eine gewaltsame durch Geld unterstützte Inthronisation“, wie bei dem Fall nach Stephans X. Tod.[2] — Im Gegenteil. Dieses Dekret ist nur eine Vervollständigung des früheren can. 1. Dist. 23 und wendet die Bestimmungen desselben ausdrücklich auf den infolge einer unkanonischen Wahl Inthronisierten an. Der Grund, weshalb Nikolaus diesen Fall noch besonders authentisch entschied, liegt darin, dafs er jede Umgehung seiner früheren Bestimmungen durch Vorschützung eines durch die thatsächliche Inthronisation erfolgten Besitzrechtes ausschliefsen wollte. Von einer „durch Geld unterstützten Inthronisation“ ist im Dekret nicht allein die Rede, sondern von der in mehrfacher Weise unkanonischen Wahl und der auf Grund derselben nachher erfolgten Inthronisation. Den Fall nach Stephans X. Tod schildert aber der hl. Petrus Damiani als Zeuge der

[1] Mansi, l. c. p. 899 D.

[2] Vgl. darüber S. Petrus Damiani: Epistol. 3, 4 (Migne, Patrol. Lat. T. 144. p. 291). Alexander Natalis: Historia ecclesiastica. (Ed. Roncaglia-Mansi.) Tom. XIII. Bingii 1788 p. 22.

